

1210.

m. 1 cont.

Radulfum, Adam de Levinton' per Rannulfum, Henricus de Cormannah per Wiot; quibus dies datus est in tres septimanas post Pascha. Idem dies datus est Willelmo de Scheftling'.

[*Norff.*—Jurata inter Willelmum le Enveise petentem et Robertum de Nereford' de terra in Norree ponitur in respectum usque in tres septimanas post Pascha pro defectu recongnitorum, quia Radulfus de Pat[es]le essoniavit se per Johannem, Ricardus filius Willelmi per Radulfum, Radulfus filius Rogeri per Waltherum, Ricardus le Palmer per Rogerum. Willelmus de Helgeton' per Rogerum. Idem dies datus est Willelmo de Depedale et Simoni filio Thome, qui venerunt: et Stephanus de Walsingham Ricardus filius Juliani Gaufridus filius Moyses ponantur per meliores plegios: et primi plegii summoneantur, scilicet Willelmus filius Juliani et Adam filius Alani Rogerus filius Galfridi Simon filius Gosfrei, etc.; et loco Reginaldi de Barsham et Thome Bruning, qui amoverunt, ponat<sup>1</sup> alios et tot et tales etc.

*Sumerset.*—Dies datus est Thome filio Henrici et Ricardo de Nereburc essonioribus Radulfi de Sancto Mauro, qui se essoniavit de malo lecti versus Robertum de Tresgoz, a die Pasche in tres septimanas ad audiendum iudicium suum; et habet licenciam surgendi et veniendi ad curiam.

*Suff.*—Jurata inter Matillidem Belet petentem et Osbertum filium Walteri tenentem de terra in Henham ponitur in respectum usque in tres septimanas post Pascha pro defectu recongnitorum, quia Willelmus de Falesham essoniavit se, Nigellus de Bulechamp similiter, Willelmus de Aslaketon' similiter, Willelmus de Pesehal' Willelmus<sup>2</sup> Laurencius de Mora similiter, Willelmus Blanchard' similiter, Rogerus de Hopeton' similiter, Burchardus Burduu similiter: et omnes alii amoverunt.

*Warew.*<sup>3</sup>—Assisa de morte antecessoris inter Robertum de Estock' petentem et Willelmum de Ardern' et Amiciam uxorem suam tenentes de j. hida terre cum pertinenciis de Niwinton' remanet quia Willelmus et Amicia protulerunt cirographum factum in curia domini regis, in quo continetur quod Walterus de Bathon' avunculus ipsius Roberti recongnovit terram illam esse jus predicte Amicie et . . . . concessit ei terram illam tenendam tota vita sua, et post decessum suum terra illa deberet reverti ad ipsam Amiciam quiet[a] de hereditate ipsius Walteri. Et ideo consideratum est quod recedat sine die.

*Suff.*—Convenit inter Mariam que fuit uxor Ade de Taleworth' petentem et Robertum filium et heredem predicti Ade tenentem de [tercia] parte manerii de Wrating', quem magister Willelmus de Neketon' vocavit ad warantum, scilicet quod ipse recongnovit ei illam terciam partem esse dotem ipsius Marie excepto mesagio, quod integrum remanet ipsi Roberto: in escambium tercię partis cuius mesagii ipse concessit eidem Marie ij. acras terre in loco

<sup>1</sup> Sc. vicecomes.

<sup>2</sup> The four preceding words have been cancelled.

<sup>3</sup> The reading of this name is uncertain.

1210.

m. 1 cont.

competenti ubi possit edificia sua facere. Et preterea ipse concess[is]t ei minorem grandiam de curia transferendam ad mesagium suum. Et sciendum quod Willelmus de Neketon' habuit terram illam ad firmam, sicut et totam aliam terram de villa de Wrettinges, et duravit terminus usque ad finem iij. annorum; et, quoniam ipse concessit illam concordiam, Robertus concessit Willelmo tenere predictas duas partes ville de Wrettinges ad firmam a festo sancti Michaelis anno regni regis Johannis xij. in iiij. annos.

[*Norf.* *Glouc.*<sup>1</sup>.—Dies datus est.] Willelmo de Alneto petenti et Henrico filio Geroldi de placito capiendi cirographi su[i]j a die . . . .

. . . . . [optulit se] iiij. die versus Thomam de Argentom de placito quare non reddidit ei firmam . . . . in Bradeham: et ipse non venit vel se essoniavit; et summonicio etc. Et ideo [consideratum est quod] . . . . . in iij. septimanas post Purificacionem etc.

[*Here*]<sup>2</sup>*ford.*—[Emma]<sup>3</sup> que fuit uxor Johannis [de Wil]<sup>4</sup>ton' optulit se quarto die versus Willelmum de Watford' de j. hida terre cum pertinenciis in [Uverores]<sup>5</sup> quam ipsa . . . . . predicti Johannis quondam viri sui: et ipse non venit vel se essoniavit; et summonicio etc. Judicium. Terra illa capiatur in manum regis, et dies capcionis etc.; et ipse summoneatur quod sit in [tres] septimanas post Purificacionem beate Marie etc.

*Ebor.*—Assisa nove disseisine inter Hugonem Pincernam et Johannem [filium R.]oberti querentes et Walterum de Sourebi et plures alios tenentes in Ernuithorp ponitur in respectum usque in iij. septimanas post Pascha pro defectu recongnitorum, quia tantum tres venerunt, scilicet Radulfus de Normanvill' et Thomas de Bileham et Osbertus de Haneworth'; et Adam de Hoton' essoniavit se per Thomam etc.; et nullus alius venit. Et omnes alii attachientur.

[*No*rf].—Assisa ultime presentacionis inter comitem de Clar' et abbatem Sancti Albani de medietate ecclesie de Walsingham ponitur in respectum usque in iij. septimanas post festum Pasche pro defectu recongnitorum, quia tantum unus venit, scilicet Robertus filius Hugo: et<sup>6</sup> quibusdam per eesoniatores suos. Et plures alii attachientur. Et preceptum fuit quod vicecomes haberet Ricardum de Hoga, et non habuit. Et ideo<sup>7</sup> habeat: et sit etc.

[*No*ting']<sup>8</sup>.—Dies datus est Alano filio Alexandri petenti et Henrico de Misterton'<sup>9</sup> de audienda electione . . . . . pro defectu electorum, quia tantum duo venerunt, scilicet Robertus

<sup>1</sup> See Vol. V, p. 165.<sup>2</sup> See p. 15.<sup>3</sup> See p. 11.<sup>4</sup> Sc. idem dies datus est.<sup>5</sup> See Vol. V, p. 326.<sup>6</sup> The words *Rad'* de *Misterton'* are written above the throes preceeing words.

1210.  
m. 2 cont.

et concordati sunt ita quod remittit eis Rogerus querelam suam et preterea dat eisdem ij. marcas pro quieta clamancia v. acrarum terre. Et Stephanus dat dimidiam marcam pro licencia concordandi.

*Suth'*.—Henricus de Biketun', qui tulit assisam nove dissaisine versus comitem de Hertford et plures alios de tenemento in Matham, venit et retraxit se. Et ideo in misericordia; et plegii ejus de proseguendo similiter, scilicet Henricus de Ber' Galfridus de Pesar'. Misericordia ejusdem Henrici de Biketun' j. marca per plegium Henrici de Fenne Willelm[i] filii Rogeri de Hedinton' in Wiltesir': misericordia Henrici de la Ber' dimidia marca: misericordia Gaufridi dimidia marca.

*Norf'*.—Assisa ultime presentacionis inter Willelmum Corpecun petentem et Petrum de Alto Bosco et Robertum de Erpingham deforciantes de advocatione ecclesie de Ingeworth' ponitur in respectum usque <sup>1</sup> pro defectu recognitorum, quia tantum quinque remanent in assisa illa, scilicet Tebaldus Hereward Rogerus Brunus de Reppes Rogerus filius Stemme de Corpesti Nicholaus de Tunreppes Clemens Parvus de Gimingham: et loco Eustachii de Gimingham et Everardi de Turtun' et Radulfi de Iminge Longe Walteri de Stratum' Richeri filii Elfer Toroldi de Turtun' Rogeri de Caldewell' Willelmi le Brun de Humeton' Alani Benjamin Roberti Fabri de Idringham Johannis filii Sede, qui amoverunt eo quod inutiles fuerunt, ponantur alii, tales scilicet qui neutram partem attingunt et qui non sunt de feodo comitis de Clar'.

*Norf'*.—Ricardus de Seenges dat xx. solidos pro licencia concordandi cum Henrico de Seenges.

Idem Henricus dat xx. solidos pro eodem. Et sciendum quod Ricardus cognovit quod tantum una parochia est in Seenges.

*Wilt'*.—Nicholaus de Limesie optulit se versus Johannem de Balun.

m. 2d. *Dereby'*.—Willelmus de Berkel' ponit loco suo Ernaldum de Cumberleg' vel Willelmum Russel versus Alber[edam] Marmium de placito terre etc.

*Suth'*.—Abbas de Waverle ponit loco suo Elyam de Clere versus Aliciam que fuit uxor Johannis filii Martini de placito dotis etc.

*Sussex'*.—Dies datus est episcopo Wintoniensi per magistrum Elyam de Suwerch' attornatum et Thome Taliard' de placito terre in octabis sancte Trinitatis, quia idem episcopus est in servicio domini regis.

<sup>1</sup> A space has here been left blank on the roll.

1210.  
m. 2d cont.

*Norht*.—Magna assisa inter Bencelinam que fuit uxor Walteri Caperun petentem et Thomam filium Radulfi tenentem de quater xx. acris terre cum pertinenciis in Siberton' ponitur in respectum usque a die<sup>1</sup> Mercurii ante Rogaciones pro defectu recongnitorum, quia tantum Willelmus de Oiri Robertus de Stokes extra Undel' Radulfus de Tichemers Robertus de Tichemers Gaufridus del Heaum' venerunt, quibus idem dies datus est et Thome de Lullinton' per essoniatorem suum Thomam et Hugoni Fauvel per Willelmum essoniatorem suum et Philippo de Piteford' per Reginaldum et Ricardo de Besevill' per Adam et Berengero Monaco per Ricardum: et Simon de Maidewell' Gaufridus de Norburc Radulfus de Mortuo Mari Robertus de Nuers Johannes Baaset Almaricus de Nuers ponantur per meliores plegios; et primi plegii etc., scilicet Willelmus Clericus de Maidewell' Ricardus Serviens Hugo Telarius Hugo de Nunton' Willelmus filius Herwardi Adam filius Sewardi Reginaldus Prepositus Rogerus Lippe Hugo filius Oillardi Ricardus filius Ade.

*Norht*.—Magna assisa inter Robertum Peverel petentem et Thomam Peverel tenentem de terra in Witherinthon' et de j. mesagio cum pertinenciis in Paston' ponitur in respectum usque ad diem Mercurii proxima ante Rogaciones pro defectu recongnitorum, quia Radulfus de Mortuo Mari Gaufridus de Norburch' Willelmus de Westun' Simon de Lindon' Baldwinus de Ver Ricardus de Besevill' Robertus de Nuers Nigellus de Weston' non venerunt etc. Et ideo atachientur etc. Idem dies datus est Gaufrido de Leah Thome de Hotot Roberto de Stokes Ascelino de Suthingham Radulfo de Tychemers Baldewino de Ver<sup>2</sup>, qui venerunt etc., et Hugoni Fauvel per Willelmum, Henrico de Harwedon' per Robertum. Thomas ponit loco suo Robertum de Werminton'.

*Norht*.—Magna assisa inter Johannem Caperun petentem et Ricardum de Seint Mart de dimidia virgata terre cum pertinenciis in Siberton' et in Waumeford' ponitur in respectum usque ad diem Mercurii ante Rogaciones pro defectu recongnitorum. Idem dies datus est Willelmo de Offinton' versus eundem de magna assisa.

*Norht*.—Gaufridus de Lehaume Willelmus de Oiri Thomas de Hottot Robertus de Stokes, iij. milites electi ad eligendum xij. milites ad faciendum magnam assisam inter Johannem Caperun petentem et Robertum de Albenn' tenentem de dimidia virgata terre cum pertinenciis in Sutton', unde idem Robertus, qui tenens est, posuit se in magnam assisam et petiit recongnicionem fieri uter illorum majus jus habeat in terra illa, venerunt et elegerunt istos, Galfridum filium Gaufridi Gillebertum de Bernech<sup>3</sup> Paganum de Helpeston' Galfridum de Noreburch' Simonem de Lindon' Radulfum de Mortuo Mari Robertum de Meletun' Gervasium de Bernache Simonem de Maidewell' Ricardum de Besevill' Henricu[m] de Harwedun' Amauricum de Nuers Ivo (sic)

<sup>1</sup> Recte ad diem.

<sup>2</sup> This name has been added above the line.

<sup>3</sup> This name has been cancelled, and the word obit has been written above it.

1210.  
m. 8 cont.

Nicolai Philippus Mabilie Ordmarus filius Herewardi Adam Ballard' Warinus filius Herewardi Galfridus Houward Willelmus Modi Lefwinus filius Agge Adam filius Petri Henricus Faber Radulfus filius Cristiane Martinus filius Bricrive Ricardus Cocus Osbertus filius Roberti Alanus filius Egidii Hervicus filius Radulfi Robertus Broch Hugo Carpentarius Wacche Busat Arnaldus Pele Simon Burgunie Mainerus filius Egidii Hervicus Herl Hervicus Mariot Alexander le Gighert Henricus Longus Nicholau Edmundus Simon Telarius Reginaldus Tanne Ricardus Dikeman Ricardus Gos Osbertus Ruffus (obiit)<sup>1</sup> Oliverus filius Boidin Radulfus filius Edive Galfridus filius Seleda Hervicus filius Rogeri Baldwinus Burgunie Willelmus filius Alani Stannardus filius Salamonis Gaisildus<sup>2</sup> Mercator Salamon Geerb' Willelmus Was Petrus Gladewin' Eudo filius Gagge Godwinus Dalling' Petrus Pit Philippus Spich Adam Poket Eustacius Pie Algarus Dalling Eudo homo persone Godwinus filius Turbern Ricardus filius Edive Alanus Golding Alexander de Felfecheham Ricardus Levegrim (obiit)<sup>1</sup> Jocaldus de Bathon' Ricardus Prepositus Godwinus filius Warneri (obiit)<sup>1</sup> Henricus Mody Hamericus filius Senescalli Eudo filius Ricardi Petrus Largus Martinus filius Roberti Willelmus filius Roberti Walkevicus filius Mainer Reginaldus filius Ediet Godwinus Bil Willelmus Pastor Odo Hardheved Robertus Prat Walkevinus ad Ecclesiam Radulfus Cornepere Everardus filius Edithe Gillebertus Paste Adam Ballard Philippus Godkinch Andreas filius Nicholai Petrus filius Willelmi Salamon Faber Henricus de Langwad' Radulfus filius Michaelis Martinus Strut Walkelinus frater ejus Nigellus Molendinarius Salamon Faber Robertus Vilein Henricus Edm' Hugo Job Petrus filius Martini Godwinus Molendinarius (obiit)<sup>1</sup> Willelmus Balling' Walkelinus Albus Willelmus de Holm' (obiit)<sup>1</sup> Gerardus Husser Alexander filius Alani Osbertus Sceppe Nicholau filius Ricardi Johannes frater ejus Ricardus filius Roberti Willelmus Malet Johannes de Bathon' Ricardus Trine Radulfus Mercator Walkelinus Coc Alexander Brictwi Galfridus Beatriz Henricus Girun Radulfus filius Christiane Eustacius de Ixninge Philippus Endgert Johannes filius Ailmer Wimerus homo persone Walterus filius Galfridi Robertus le Batur Willelmus Ruffus Philippus Nobilis Alanus Golding' Johannes Berman Simon Prigge Walterus filius Bartholomei injuste et sine judicio disseisiverunt Hugonem Malebisse de communa pasture sue in Fordham ad nocumentum liberi tenementi ipsius Hugonis in eadem villa. Juratores dicunt quod ita disseisiverunt cum. Judicium. Hugo habeat seisnam: et omes predicti in misericordia. Dampnum iiij. marcas. Et vicecomis Suff' cepit in manu faciendi ipsi Hugoni habere dampnum suum, scilicet iiij. marcas, infra quindenam. Et quoniam pastura et tenementum sunt in confinio duorum comitatuum, scilicet Suff' et Canteb', capta fuit jurata [per] juratores utriusque comitatus.<sup>3</sup>

<sup>1</sup> The words in brackets are written on the roll above the words they here follow.

<sup>2</sup> The reading of this name is uncertain.

<sup>3</sup> This sentence is in the margin.

1210.  
m. 8 cont.

[*S*]um[er]set'.—Dies datus est Radulfo de Bruiera petenti et Gilleberto Daco tenenti de placito terre in xv. dies post festum sancti Hillarii prece parcium et pro defectu brevis.

*Suff*'.—Convenit inter Matillidem filiam Helie petentem per atornatum suum et Osbertum de Wechesham de placito dotis<sup>1</sup> in Tunstal, quam ipsa clamat in dotem, soilicet quod Osbertus recognovit et concessit et reddidit predictae Matillidi rationabilem dotem suam, scilicet terciam partem totius terre quam Walterus vir ejus tenuit in villa de Tunestal in bosco et in dominico in pratis in pascuis in redditibus in viis in vilenagiis in exitibus in semitis et in omnibus aliis rebus. Et preceptum est vicecomiti quod faciat ei seisinam.

*Norf*'.—Dies datus est Osberto de Tudeham, quem Radulfus de Castr' appellat de morte Willelmi patris sui, a die Mercurii proxima post festum sancti Martini in xv. dies. Et preceptum est vicecomiti quod summoneat eundem Radulfum quod tunc sit coram rege ad sequendum apellum suum versus eundem Osbertum, si voluerit, et quod iiij. milites de libertate Sancte Etheldrede tunc sint ibi etc.

*Norf*'.—Gerberde de Gernemus ponit loco suo Karolum filium suum versus Rogerum Bacun de placito assise.

[*Norf*']<sup>2</sup>.—Dies datus est comiti de Clar' per atornatum suum et abbati de Sancto Albano per atornatum suum de placito [assise] ultime presentacionis a die Mercurii proxima post festum sancti Martini in xv. dies, ut interim consulatur cum domino rege. Idem dies datus est xiiij. recognitoribus qui venerunt etc.

[*Hun*]tedon'.—Elias Gillemor, versus quem Ricardus Gillemor tulit assisam nove dissaisine de tenemento in villa Sancti Neoti, [venit] et cognovit dissaisinam; et posuit se in misericordiam dimidie marce per plegium Willelmi le Moine.

. . . . Robertus de Sapo, qui tulit assisam nove dissaisine versus abbatem de Sauteree de tenemento in Hattel', non est prosecutus. Et ideo ipse et plegii sui de prosequendo sunt in misericordia. Misericordia Roberti dimidia marca. Et Ricardus de Marisco habet breve et nomina plegiorum.

m. 8d.

*Norf*'.—Johannes de Cornherth' summonitus fuit ad esse coram domino rege ad ostendum qualiter ipse fecit attachiamentum de Willelmo de Kailli pro catallis Hugonis Oisel, unde Johannea de Ringsted' dixerat quod ipse attachiaverat eum et unde Willelmus de Huntingefeld' vicecomes imposuit super eundem Johannem quod ei dixerat quod Willelmus habuit de

<sup>1</sup> This word has been substituted for the words *xviiij. acrumum terre cum pertinenciis*.

<sup>2</sup> See p. 108.

1210.

m. 11d cont.

Natale Domini xij. denarios, ad Pascha xij. denarios, ad Nativitatem sancti Johannis Baptiste xij. denarios, et ad xx. solidos super militem de scutagio domini regis, cum advenerit, xvj. denariis; et semel in anno unus eorum equitabit mecum infra comitatum et habebit suum sumptum de me; et tres precarias mihi faciet cum sua caruca, si carucam habet, et habebit suum cibum de me; et tribus diebus in autumno inveniatur mihi j. hominem ad meas precarias et habebit suum cibum de me. Hec faciet pro omnibus serviciis et consuetudinibus. Et concedo et warrantizo ut predictus Radulfus Sacerdos et Johannes frater ejus et heredes sui hereditarie habeant faldam suam libere et quiete et sine omni vexacione in predictis campis et ut pascant sua averia in communi pastura Taterset'. Et preterea concedo et hac carta mea confirmo predicto Radulfo et predicto Johanni hereditarie tenendam de me et de meis heredibus j. dimidiam acram super Lambpit, que jacet inter terram Alvrethi et terram Ketelli, pro duobus denariis de censa ad Natale Domini annuatim inde reddendis; quam dimidiam acram pater eorum Hugo tenuit hereditarie de patre meo, set non per suam cartam incartatam. Totum istud prefatum tenementum et totam istam concessionem firmiter confirmo et warrantizo eis pro j. talento auri et ij. marcis argenti que Radulfus et Johannes dederunt mihi in recognitionem ut quis eorum diucius vixerit habeat totum prefatum tenementum et teneat bene et in pace et sine omni vexacione salvo jure eorum heredum. His testibus Roberto de B<sup>1</sup>

Dies datus est Roberto de Bingham ad respondendum de v. saccis lane quas ipse debuit attachiase de catallis Hugonis Oisel usque a die sancti Hillarii in xv. dies. Et vicecomes Notingh' habeat tunc corpus ejus, quia ipse cepit in manum hoc. Et Willelmus de Caly sine die.

*Norf'*.—Isabel de Bukeham ponit loco suo Willelmum filium Ricardi versus comitem Arundel' de placito dotis etc.

*Linc'*.—Dies datus est Harald filio Unfridi versus Filippum filium Rogeri, qui est in prisiona domini regis, de audiendo iudicio suo in xv. dies post festum sancti Hillarii.

*Norf'*.—Dies datus est comiti de Clar' per atornatum suum et abbati de Sancto Albano per atornatum suum de placito assise ultime presentacionis a die sancti Hillarii in xv. dies, eo quod nulla assisa capi debet in Adv[e]ntu Domini.

*Glouc'*.—Abbas de Glouc' ponit loco suo Willelmum de Framelade versus Willelmum Dunie de placito nove disseisine etc.

*Oxon'*.—Henricus de Oly ponit loco suo Hugonem Pauperem versus Willelmum Painel et Sarram uxorem ejus de placito terre.

<sup>1</sup> This entry is unfinished.

1210.  
m. 11d cont.

*Ebor'.*—Prior hospitalis Jerosolim dat dimidiam marcam pro licencia concordandi cum Roberto Fossard de warantia carte. Idem Robertus dat dimidiam marcam pro eodem. Carta inrotulata est inferius.

*Oxon'.*—Simon de Banton' et Matillis uxor ejus ponunt loco suo Adam filium suum versus Johannem de Belescot' de placito audiendi recordum comitatus.

*Buck'.*—Margareta que fuit uxor Gaufridi Pigace petit versus Rogerum de Buchemere terciam partem cum pertinencia j. virgate terre et dimidie cum pertinencia in Medmenham ut dotem suam, que eam contingit de libero tenemento quod fuit predicti Gaufridi quondam viri sui: et Rogerus petit inde visum. Habeat. Dies datus est eis a die sancti Hillarii in xv. dies: et interim fiat visus. Et Margareta ponit loco suo Gaufridum de Waltan'.

*Staff'.*—Dies datus est Henrico le Not petenti et Hugoni filio Petri tenenti de audiendo electionem in octabis sancti Hillarii, eo quod nullum sacramentum capi debet in Adventu Domini. Idem dies datus est Roberto filio Pagani Thome de Kersewell' Willelmo filio Widonis Henrico de Verdon' iiii. militibus, qui venerunt.

m. 12.

*Ebor'.*—Omnibus sancte matris ecclesie filiis has literas visuris vel audituris Robertus Fossard' filius Ade Fossard salutem in Domino. Noverit universitas vestra me divine caritatis intuitu pro salute anime mee et predecessorum et successorum meorum dedisse et concessisse et presenti carta confirmasse Deo et Sancte Marie et Sancto Johanni Baptiste et beatis pauperibus sancte domus hospitalis Jerosolim et fratribus ejusdem domus totum Batinum tam in bosco quam in plano tam in longum quam in latum quantum ad me et heredes meos pertinuit, excepta cultura Simonis Blundi, et totam terram in longum et latum a Kaldekeld' per cilium montis sicut vetus fossatum se extendit usque ad eandem viam que venit a monte versus ecclesiam Sancti Felicis usque ad curtilagium Gaufridi Codi et ita per curtilagium Wilekini de Monte usque ad curtilagium uxoris Roberti Heremite et ita per curtilagium Roberti Presbiteri sicut fossatum suum extendit descendendo usque ad cheminum et ita per eundem cheminum sicut cheminus se extendit supras Ruge-munt usque ad Kaldekeldesic et ita ascendendo usque ad Kaldechelde: totas prenominate terras dedi Deo et Sancte Marie et Sancto Johanni Baptiste et beatis pauperibus sancte domus prefate hospitalis Jerosolim et fratribus ejusdem domus in liberam puram et perpetuam elemosinam sine aliquo retinemento et absque omni seculari servicio vel exactione mihi vel heredibus meis pertinente. Ego vero et heredes mei warantizabimus prefato hospitali Jerosolim et fratribus ejusdem domus totas prenominate terras inperpetuum contra omnes homines in omnibus. His testibus etc.



1212.  
m. 15d.

*Norht'*.—Assisa venit recognitura si Ricardus comes de Clar' injuste et sine iudicio disseisivit Scolasticam que fuit uxor Willelmi le Kauceis de libero tenemento suo in Bolebrikehull' infra assisam: et ballivus venit et bene concedit assisam. Juratores dicunt quod non disseisivit eam. Et ideo ipsa est in misericordia pro falso clamio.

*Norht'*.—Assisa venit recognitura si Robertus de Wautervill' injuste et sine iudicio disseisivit Ricardum de Daus de libero tenemento suo in Essele et si idem Robertus injuste et sine iudicio levavit quedam fossata in Essele ad nocumentum liberi tenementi ejusdem Ricardi in Essele infra assisam. Juratores dicunt quod idem Robertus non disseisivit eum de libero tenemento suo. Et ideo Ricardus est in misericordia pro falso clamio. Dicunt etiam quod idem Robertus levavit quoddam fossatum ad nocumentum liberi tenementi ipsius Ricardi in eadem villa, quia cheminum illud semper fuit commune hominibus ejusdem ville ad carianдум et ad alia. Et ideo Robertus est in misericordia. Dampnum iij. solidi: et prosternatur fossatum illud. Plegii Roberti de misericordia Robertus de Monasteriis de Tinden' Hugo filius Ascelini.

*Bed'*.—Assisa venit recongnitura si Rogerus de Argentom et Matillis uxor ejus injuste et sine iudicio disseisiverunt Ricardum de Glanvill' de libero tenemento suo in Eya infra assisam. Ponitur in respectum usque ad octabas sancti Michaelis pro defectu recognitorum.

*Bed'*.—Assisa venit recongnitura si Alicia de Bray et Ricardus de Bray Robertus de Carpunhou Hugo Richespaul' Willelmus filius ejus injuste et sine iudicio disseisiverunt Willelmum filium Ricardi de libero tenemento suo in Strettun' infra assisam. Concordati sunt.

*Suff'*.—Walterus de Hatfeld' Godefridus de Wavre Ricardus de Wikelaw' Hugo de Kerdeston', quatuor milites missi ad Gillebertum filium Hugonis, qui essoniavit se de malo lecti versus Radulfum filium Hugonis de placito terre, ad videndum utrum infirmitas qua ipse se essoniavit sit languor necne, veniunt et dicunt quod languidus est et quod posuerunt ei diem a tercio die<sup>1</sup> sancti Dunstani in j. annum apud Turrin London'. Idem dies datus est Radulfo predicto.

*Bukingh'*.—Hugo de Sanford, versus quem Henricus de Braibroc tulit assisam nove disseisine de tenemento in Risenberge quod idem Henricus versus eum clamat, venit et congnovit disseisinam; et posuit se in misericordiam.

*Buch'*.—Hugo de Hauton', qui tulit assisam nove disseisine versus Hugonem de Gurnaco de tenemento in Wandovr', venit

<sup>1</sup> Sc. post festum ?

1212.  
m. 15d cont. et retraxit se. Et ideo in misericordia, scilicet de dimidia marca, per plegium Roberti de la Wall', et plegii de prosequendo, Ricardus de la Lid' et Robertus de Lalide.

*Suff.*—Magna assisa inter Willelmum Russel et Isoldam uxorem suam petentes et Stephanum de Chiselford tenentem de j. carucata terre cum pertinenciis in Chiselford ponitur in respectum usque in crastino sancti Petri Advincula pro defectu recognitorum, quia Willelmus Esturm' essoniavit se per Walterum, Johannes de Pleinford per Radulfum, Willelmus de Falesham per Robertum, Robertus de Stratun' per Warinum, Rogerus de Baddel' per Gaufridum, qui se essoniaverunt; quibus idem dies datus est. Idem dies datus est Willelmo de Alno: et alii attachientur.<sup>1</sup>

*Norf.*—Johannes le Porter per attornatum suum petit petit versus Radulfum de Marisco xxx. acras terre cum pertinenciis in Spikeswrth' ut jus suum: et Radulfus venit et defendit jus suum; et petit inde visum. Habeat. Dies datus est eis in crastino sancti Petri Advincula.

m. 16. *Bedeford'*.—Assisa venit recongnitura si comes David' injusto et sine judicio disseisivit Widonem filium Henrici de libero tenemento suo in Cameston' infra assisam: et ballivus comitis venit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia alias, scilicet tempore regis Ricardi, implacitavit quidam Simon le Goiz eundem Widonem de predicta terra, ita quod predictus Wido vocavit eundem comitem ad warantum; et tunc monstravit idem comes rationem sufficientem per quod ei warantizare non debuit.

Breve liberatur vicecomiti respondendum in adventu justiciariorum.

*Bed'*.—Assisa venit recongnitura si Johannes de Merston' injuste et sine judicio obstruxit quandam viam in Merston' ad nocumentum liberi tenementi Nicholai de Parco infra assisam: et Johannes venit et dicit quod assisa non debet procedere, quia idem Nicolaus in pleno comitatu venit et remisit ei clamium suum quod habuit in predicta via, ita quod idem Johannes ei fecit escambium de quadam alia via, unde idem Nicolaus modo est in seisina: et Nicolaus hoc defendit. Et ideo consideratum est quod assisa procedat. Juratores dicunt quod ipsi presentes fuerunt ubi idem Nicolaus in pleno comitatu implacitavit eundem Johannem de predicta via; et tandem concordati fuerunt, ita quod idem Nicolaus remisit ei clamium suum de predicta via, ita quod idem Johannes fecit ei escambium de quadam alia via, unde idem Nicolaus fuit in seisina die qua ipsi visum habuerunt de predicta via. Et ideo consideratum est quod Nicolaus sit in misericordia pro falso clamio. Misericordia dimidia marca.

<sup>1</sup> The next entry in the roll is omitted, as it is repeated on the next page, where the name of the county has been altered from Northampton to Bedford and other corrections made.